N. 1375.

CURRENDA
VIII, IX, X.
A. D. 1862.

N. præs. 87.

Sententia Pontificia quoad Manifestationes politicas in templis prohibitas.

Illustriss. ac Excellentis. Xaverius de Wierzchlejski, Archiepiscopus Leopol. editam ad Ven. Clerum Encyclicam intuitu manifestationum politicarum in templis per decantationem hymnorum prohibitorum &. judicio Ipsissimæ Sanctitatis substraverat. Sententia desuper lata est collaudatoria, quam ceu coronidem imprimendam esse censuimus ad Encyclicam Nostram in Currenda XIX 1861. fine confirmandi Venerabiles in Christo Fratres in zelo amovendi cuncta ab Ecclesia Dei, quæ non faciunt ad populi ædificationem, ad pacem, cunctorumque salutem. Tenor ejus sequens:

„Venerabili Fratri Francisco Xaverio Archiepiscopo Leopoliensi latini ritus.

Pius PP. IX.

Venerabilis Frater, salutem et Apostolicam benedictionem. Libentissime Tuas nuper accepimus litteras intimo erga Nos, et hanc Apostolicam Sedem fidei, pietatis et observantiae sensu conscriptas, ac die 21 proximi mensis Januarii datas. Iisdem autem significas, Venerabilis Frater, post recentes notissimosque in variis Poloniæ regni regionibus motus, in ista quoque Tua Diœcesi plures varii generis in eodem sensu significationes locum habuisse. Namque inter alia, uti narras, ab aliquibus utriusque Cleri presbyteris etiam in ecclesiis politicae habitæ conciones, et ibi carmina et hymni argumenti item politici a laicis praesertim viris cantati fuerunt. Itaque etiamsi opportuna jam alias dedisses monita, tamen, *collatis cum Tuis Suffraganeis Episcopis consiliis*, die 18 mensis Novembris superiori anno ordinationem ad istum Tuum Clerum pro pastoralis Tui muneris officio dandam existimasti, cujus exemplar Nobis misisti. Qua ordinatione eumdem Clerum iterum serio monuisti, ut a commemoratis rebus et politicis negotiis se omnino abstineat, eumque vehementer es hortatus, ut proprii ministerii partes sedulo explens animarum saluti servire studeat. Non possumus non vehementer probare et commendare susceptum a Te consilium, quandoquidem, Venerabilis Frater, hac Tua agendi ratione et domus Dei sanctitatem, decorem, dignitatemque tueri, atque in Tui Cleri memoriam propria officia revocare omni studio curasti. Domos enim Dei, quas domos orationis ipse Christus Servator Noster nuncupavit, summa religione esse habendas, et excolendas ab ipso Deo admonemur, qui *desolationem* minitatur in eos, qui *ponunt offendicula in domo, in qua invocatur nomen Ejus, ut polluant eam!* (Jerem. Cap. 7. v. 30.) Sacrae siquidem aedes ad divina officia sancte celebranda, et religionis actus pie exercendos sunt destinatæ. Quocirca Decessor Noster Beatus Gregorius X, de sacris templis loquens

inter alia haec provide sapienterque docet et praecipit: „Adtendantur in locis eisdem intentis praecordiis sacra solemnia; devotis orationibus insistatur. Nullus in locis eisdem, in quibus cum pace ac quiete vota convenit celebrari, seditionem excitet, conclamationem moveat, impetumve committat. Cessent in locis illis... societatum quarumlibet concilia, conciones. Cessent vana et multo fortius fœda et profana colloquia. Cessent confabulationes quælibet. Sint postremo quæcumque alia, quæ divinum possunt turbare officium, aut oculos divinæ Majestatis offendere, ab ipsis prorsus extranea, ne ubi peccatorum est venia postulanda, ibi peccandi detur occasio aut deprehendantur peccata committi.“ (B. Greg. X in Conc. general. Lugdun. relat. in Cap. „*decet*“ de immunit. eccles. in 6.) Quæ sane omnia peculiari sua constitutione confirmavit, innovavit et ampliavit S. Pius V. Prædecessor item Noster, gravioribus adversus transgressores poenis constitutis. (S. Pius V. Constit. *Cum primum* edita 1 Aprilis 1566) Quocirca, Venerabilis Frater, merito atque optimo jure episcopalem Tuam sustulisti vocem ad honorem domus Dei vindicandum, atque ad ea amovenda, quæ a loci sanctitate omnino sunt aliena, quando quidem fideles in Domo Dei summa cum pietate ac religione versari debent, et grande est nefas in ea se minus reverenter gerere. Atque etiam merito Tuum Clerum sapientissimis præsertim Concilii Fridentini verbis monuisti, quomodo debeat christianum populum salutari doctrina imbuere, eumque ad vitia fugienda, atque ad virtutes amplectendas, exercendasque excitare, et quomodo a popularibus concionibus secludantur oporteat, quæ ad ædificationem non faciunt, et a quibus plerumque nulla est pietatis accessio. Etquidem ecclesiastici viri nihil antiquius habere debent, quam ut propriæ vocationis semper memores virtutum omnium exempla christiano populo præbeant, orationi instent, proprii ministerii munia sancte obeant, sacras potissimum disciplinas assidue excolant, ac tum a politicis turbis, tum ab aliis omnibus, quae in sortem Domini vocatos nequaquam decent, omnino abhorreant, atque veram ac germanam Catholicae ecclesiæ docentes doctrinam in sempiternam hominum procurandam salutem strenue incumbant. Jam vero quod attinet ad responsum a Te, Venerabilis Frater, illis datum, qui Te adierunt, ut commemoratam Tuam ordinationem, juxta eorum desideria revocares, responsum idem, illam episcopalem prudentiam ac firmitatem ostendit, quae Catholicum Antistitem summopere decet. Atque responsum idem eo magis congruum et opportunum, quod istic diversa plane sint rerum ac temporum adjuncta, in quibus alibi, sanctissima nostra versatur religio. Perge, Venerabilis Frater, majore usque alacritate omnes pastoralis Tui muneris partes implere, et catholicae ecclesiae doctrinam tueri, defendere et inculcare, Tuumque Clerum assidue hortari, ut digne ambulet vocatione, qua vocatus est. Nec desinas pro eximia Tua pietate et episcopali zelo fideles Tibi commissos indesinenter monere et excitare, ut in cath. religione magis in dies firmi et stabiles permaneant, ac singula quaeque Dei, ejusq. sanctæ ecclesiæ mandata religiose servanda curent, et mutuam inter se caritatem continuam habeant, ac per bona opera certam eorum vocationem, et electionem facere studeant.

Denique Tibi persuadeas velimus, praecipuam esse Nostram in Te caritatem, ac

Nos a Deo Optimo Maximo humiliter enixeque exposcere, ut Te replere, confortare et consolari velit uberrimis divinae suae gratiæ donis, quæ in dilectas quoq. oves Tuæ curae commissas copiose descendant. Atque horum auspicem et propensissimæ Nostræ in Te voluntatis pignus Apostolicam benedictionem intimo cordis affectu Tibi ipsi Venerabilis Frater cunctisque Clericis laicisque fidelibus Tuæ curæ commissis peramanter impertimur.

Datum Romæ apud s. Petrum die 17. Martii anno 1862. Pontificatus Nostri Anno decimosexto. Pius PP. IX."

N. 1041.

Presbyteri Conventuum mendicantium Decreto Consistoriali in cura animarum applicati, et a resp. Parochis &c. remunerati, ad Consignationem reliquorum membrorum pro emensuranda dotationis reintegratione e fundo relig. suscipiendi non sunt.

Decretum Exc. C. R. Locumtenentiæ de 8. Mart. a. c. N. 13299. desuper agens ita sonat:„ Man hat die Wahrnehmung gemacht, daß in Fällen, wo Ordenspriester durch besondere Verfügungen der hochwürdigen Consistorien zum seelsorgerischen Dienste berufen werden, und auf die Dauer der Dienstleistung den mit dem Dienstposten verbundenen Gehalt aus dem Religionsfonde beziehen, von den Klostervorstehern dessen ungeachtet als zum Stande der mit ihrem Unterhalte auf den Religionsfond gewiesenen Klostermitglieder gehörig behandelt, und in den, dem Anspruche auf Dotations-Ergänzung zum Grunde liegenden Ausweisen des Personalstandes nicht in Abfall gebracht werden, während selbstverständlich während der Dauer der Expositur solcher Klostergeistlichen, die demselben zukommende Dotations- Ergänzung zu entfallen hat.

So hat sich der Fall ereignet, daß ein hierländiger Convent in den Nachweisungen über den Stand der Ordenspriester und Laien behufs Ermittlung der zukommenden Dotations- Ergänzung einen als Pfarr - Cooperator mit dem hiefr sistemisirten Gehalte angestellten Ordenspriester als ununterbrochen im Kloster anwesend aufgenommen und hiedurch dem Convente einen unrechtmäßigen Bezug der Dotations- Ergänzung zugewendet hat.

Um in Hinkunft ähnlichen Mißbräuchen vorzubeugen, wird das hochwürdige Consistorium ersucht, die betreffenden Dechante aufzufordern, darüber zu wachen, daß in die Ausweise die wegen besonderer Verwendung mit eigenen Bezügen versehenen Klastermitglider nicht aufgenommen werden, und daß sie sich bei der Bestättigung von dem wirklich im Kloster befindlichen auf die Dotations - Ergänzung gewiesenen Personalstande und den Veränderungen desselben stets gehörig überzeugen.

Demgemäß sind auch die betreffenden Klostervorsteher zu verständigen und zu genauesten Nachachtung anzuweisen." Perillustribus Decanis inculcamus tenori il-

lius conformiter vigilantiam, ne ejusmodi Individua ad Consignationem quæst. recipiantur, et ne eam sine prævia de statu personali convictione subscribendo confirment; ac insuper Relig. Guardianos resp. qui Currendas non prænumeraverant, ut nomine Nostro desuper informent, hisce obstringimus. Tarnoviæ 10. April. 1862.

N. 1253.

Excitatio ad maturam Extractuum pro vaccinatione expeditionem &c.

Inc. C. R. Officium Circulare Tarnov. Nota Sua de 11. m. et a. c. N. 3111 conqueritur coram Nobis de retardatione Extractuum e libris Natorum pro negotio vaccinationis præscriptorum, per plures resp. Curatos; nec non de subsecuta negotii tam salubris procrastinatione gravationeve. Quum sub uno ad excitandos Ven. Esiarum Rectores in genere salutemur, officii Nostri esse duximus, non solum obligationem hanc Respectivis Circuli Tarnov. in memoriam revocare, verum eam resuscitare quoque pro aliis extra ambitum Circuli Tarnov. constitutis; insuper carpere in genere tantam respectivorum oblivionem; imo explorare nomina Inculpatorum, ut condigne in eos animadvertatur.

Penes hanc occasionem cunctis e Ven. Clero inculcamus, quatenus ejusmodi Extractus pro vaccinatione in duplo semper concinnentur, quorum 1. exemplar in Actis pro futura directione asservetur; aut casu impossibilitatis saltem in protocollo gest. periodus adnotetur, pro qua Consignatio vaccinandorum adornata fuerat. Tarnoviæ 24. April. 1862.

N. pr. 60 et N. C. 1249.

Duæ Epistolæ contestantes 2. summas: 2612 r. 10 xr. et 205 r. V. A. pro Bulgaris unitis levatas. &.

I. Epistola Vicariatus Apostolici Constantinopol. ceu Commissionis unitorum Bulgarorum mediante Eminentis. Nuntiatura Vindobons. ad Nos devoluta in lingua itala, quæ latine ita sonat:

„Vicariatus Apostolicus Constantinopolitanus Commissio Unionis Bulgarorum.

Constantinopoli die 26. Febr. 1862.

Illustrissime ac Reverendissime Domine!

Sua Excellentia Reverendissimus Nuncius Apostolicus Viennensis transmittendo summam 2611 r. 10 xr. V. A. fine succurrendi indigentiis Bulgarorum ad sinum nostrae sanctae Ecclesiae revertentium, annunciat simul sua venerabili Epistola directa ad Illustrissimum Archiepiscopum Catholicum Armenum Constantinopoli, de praefata notabili summa, et de resultato collectionis factae, appositis quoque literis pastoralibus, quibus Vestra Illustrissima Reverentia invitabat fidelem populum diœcesis suae ad contribuendum in negotio hujus pii scopi. Commissio unionis Bulgarorum properat me interveniente ad exhibendas debitas gratias Vestrae Illustrissimae Reverentiae, exoratque ulteriorem vivacem sollicitudinem, circa renascentem hanc Ecclesiam. Indigentiae sunt reapse graves et praetereundo, quod populatio ad Catholicismum reversa non sufficiat ad sustinendos sumptus necessarios pro fabrica Ecclesiarum, pro fundandis scholis, et sustentando Clero, Vestra Illustrissima Reverentia cognoscet, im-

prudens esse exigere saltem ab initio, contributionem a populo, imo non possumus inficiari, inter inculpationes Cleri schismatici; quae ad alienandos animos Bulgarorum contulerant, vel illam fuisse principalem, quod Episcopi et sacerdotes graeci continuo pecuniam ab iisdem extorserint. Vellem Reverendissime Domine! aliquas notitias referre super hoc motu Bulgarorum, verum ut vota hæc accuratius adimpleam, sit mihi permissum, relationem ejusmodi ad tempus tardius differre i. e. postquam obtinuero relationem a digno ecclesiastico, qui excursionem ad principales fontes et focos motus illius intendit, ubi exacte examinaturus est dispositionem animarum, porro spem futuri progressus, et indigentias urgentes simulque securitatem circa sinceram conversionem.

Agnitione legali ex parte Gubernii Ottomanorum circa nationem Bulgarorum unitam et ad unam distinctam nationem erectam, prouti id quoad Maronitas Armenos Catholicos etc. obtinet, magnus gressus factus est, isque omne fundamentum totius aedificii constituit. Inchoando cum prædicatione, et fundatione scholarum nationalium, propagatio et consolidatio reunionis ultra progressa est.

Interea sit mihi liberum Reverendissime Dne! commendare prosperum exitum nostrorum laborum feruentibus precibus Vestrae Illustrissimae Reverentiae, et exhibere sensa profundi homagii, in quo perseverat Vestrae Illustrissimae Reverentiae humillimus et obedientissimus servus.

P. Brunoni Arad di Jaron Vicar. Apost. Constantinopolit. Prasidens Commission. Unionis Bulgarorum."

II. Epistola ex ipsissima Cancellaria Eminentissimi Nuntii Pontificii Vien. hujus est tenoris:

Nr. 290.

„Illustrissime et Reverendissime Domine"

„Hisce meis certiorem reddere adpropero Dominationem Vestram Illmam et Rmam, una cum humanissimis Suis litteris, die 11. labentis mensis datis, rite me recepisse florenos 205 V. A., qui a fidelibus Suis Dioecesanis in subsidium egenorum Bulgarorum iterum collati fuerunt.

Meum erit, hanc quoque pecuniæ summam Constantinopolim ad destinationem suam quam citius promovere, et ulteriores notitias, quæ ad me de progressu conversionis Bulgarorum pervenerint, Dominationi Vestræ Illmæ et Rmæ suppeditare.

Hac occasione libenter utor, ut Dominationi Vestræ Illmæ et Rmæ peculiaris meæ observantiae sensus denuo profitear, usque persistens. Dominationis Vestrae Illustrissimae et Rmae Viennæ, die 16. Aprilis 1862. addictissimus famulus

Ant. Archiepis. Tarsensis, N. Ap."

N. 1284.

Contestatio summæ 32 fl. 62½ xr. V. A. pro Maronitis.

Illustrissimum Metropolitanum Consistorium Viennense Nota Sua de 14. April. a. c. N. 4249

certiores Nos reddit de receptione summæ 52 fl. 62½ xr. V. A. e Diœcesi postliminio ad Nos in favorem Maronitarum tot tantisque ærumnis pressorum devolutæ, cum adjecto, ipsam Alto Ministerio pro externis fine ulterioris promotionis resignari. Larga pro ea benedictio divina super resp. descendat Largitores. Tarnoviæ die 24. April. 1862.

N. 715. 749. 835. 913. 1057. 1058. 1856 + 1857 ex A. 1861. 1145. 1241. 1194 + 1252. 1296 1297.

II. Series collectionum piarum.

I. E Dec. *Neo Sandec.* 2 fl. a Perill. Gabryelski, Dec. &c. pro schola in Czernichów. II. E Dec. *Bochn.* 7. fl 95 xr. pro s. Infantia Jesu a Ven. Clero, videlicet ab AR. *Marold* Curato in *Rzeżawa* 1 fl. Perillus. *Mroczkiewicz* 95 xr. a reliquis P. T. per 10. 30. 50 et 70. xr. II. E Dec. *eodem* pro schola agronomiæ in Czernichów 3. Rh. nimirum: a VV. Curatis in *Brzeźnica* et *Chełm* per 1 fl; rursus a VV. Curatis in *Łapczyce* et *Rzeżawa* per 50 xr. IV. Pro missionibus in Africa et America 1 fl. a R. Wańczyk Exposito in *Żabno.* V. E Dec. *Pilzn.* 38 Rh. 9 xr. pro Missionibus, utpote 12 fl. 75 xr. pro Miss. in America, 12 fl. 64 xr. dtto in Africa; 12 fl. 60 xr. in Palæstina. VI. E Dec. *Pilzn.* 12 fl. 85 xr. pro Missionibus in America; 12 fl. 64 xr. pro Africanis et 12 fl. 60 xr. pro Jerosolymitana. VII. E Dec. *Radomyśl.* pro Missionibus in Jerusalem et America per 5 fl. 30 xr. pro Miss. in Africa 5 fl. 55 xr. et pro s. Infantia Jesu 5 fl. 85 xr. VIII. E Dec. *Boch.* 1 fl 50 xr. et e Dec. *Vet. Sand.* videlicet a Ven. Parocho 5 fl. 60 xr. et a Parochianis 20 fl. 40 xr. ex A. 1861 in rem Bulgarorum. IX. E Dec. *Vet. Sandec.* 10 fl. 50 xr. pro passis ob inundationem utpote 5 fl. e *Nawojowa* et 5 fl. 50 xr. e *Żeleźnikowa.* X. E Dec. *Pilznen.* 7 fl. 50 xr. pro s. Infantia Jesu videlicet a VV. CC. in *Pilzno*, *Łęki*, *Lubcza*, *Lisiag. Szynwałd* per 1 fl. et a V. V. Wojnowski, Tryba, Witalski, Zięciowski et Lepiarz per 50 xr. XI. E Dec. *Żyw.* 19 fl. 50 xr. et e Parochia *Rychwałd* 8 fl. XII. E Dec. *Bresten.* A. 3 fl. 30 xr. pro centralis Africæ Missione a Ven. Clero et B. 4 fl. 66 xr. pro Infantia Jesu (a Ven Clero 2 fl. 66 xr. et a parochia Porąbcensi 2 fl.)

Super his Largitoribus impleantur cuncta, quæ de eleemosyna generaliter Tob. XII. 9. nuntius de cœlo primarius depraedicat his verbis: *Eleemosyna a morte liberat et ipsa est, quae purgat peccata et facit invenire misericordiam et vitam eternam.* Tarn. 1. Maji 1862.

N. 780.

Missale Romanum e typographia PP. Mechitaristarum mox lucem conspecturum.

In nexu cum publicatione Nostra de 10. maji a. e. in Cur. XI. sub N. 1142 impressa respectiv. Presbyteros certiores hisce reddimus, emissionem hujus Missalis juxta Litter. de 19. Feb. a. c. Vienna ad Nos directas ob approbationis adjuncta retardatam fuisse, ast consummationem negotii hujus paulo post expectari ac sperari.

Tarnoviæ 27. Martii 1862.

L. 985.

Nabycie 27. Żywotów Patronów ŚŚ. poleca się.

JX. Piotr Pękalski, kanonik Grobu Chrystus. napisał **27 żywotów ŚŚ. Patronów polskich:** *Jazajasza Bonera; Kazimierza królewicza; Cyrylla i Metodyjusza; Świętosława; Wojciecha; Stanisława kazimierczyka; Floryjana; Michała Gedrojca; Stanisława biskupa i męczennika; Jolenty; Andrzeja Żoërarda i Benedykta; Szymona z Lipnicy; Jana z Dukli; Cesława; Kunegundy; Jacka; Bronisławy; Władysława z Gielniowa; Wacława; Wincentego Kadłubka; Jadwigi; Jana kantego; Pięciu braci męczenników; Stanisława Kostki; Salomei; Jozefata i Andrzeja Boboli.* — Rękopis wyszczególnionych sług bożych, z ich życia i z dziejów narodowych skreślony, a w przypisach uwagami objaśniony, uzyskał approbacyją, nietylko komitetu Cenzury Rządowéj króles. pols. ale też chlubną zaletę od Prześw. Konsystorzów: Archidyjecezyi Warszawskiéj i Dyjecezyi Krak. Dzieło to wyjdzie w jednym około 40 arkuszy, czyli 640 stronnic obejmującym tomie, w większéj ósminie, na pięknym papiérze z ósmią rycinami. Autor pragnąc uczynić religijną przysługę dla Powszechności i téj książki czytaniem zagrzać ją do naśladowania pobożnego świętych Przodków żywota, ustanawia dla Subskrybentów *cenę* jednego egzemplarza na 2 Reńs. a. w. — Prosi zatém najuprzejmiéj Szanownych Rządzców parafialnych kościołów o ogłoszenie parafianom względem nabycia rzeczonego dzieła, które w *Maju* niezawodnie opuści prasę drukarską; a tak subskrypcyja do końca *Czerwca* r. b. trwać będzie.— Nie żąda pierwéj pieniędzy, aż zażądaną liczbę egzemplarzy własnym je kosztem do Władzy Dejecezalnéj odeszle.—

Zechcą tedy Szanowni Rządcy kościołów i szkołek w celu pobożnym działać skutecznie, a dziełko to albo wprost, albo przez Nas zapisać jak najrychléj.

Z pos. 27. Mar. 1862.

N. 1396.

Adursio in causa extabulationis jurium aut praestationum ad bona Zaborów &c.

Eliberatio Provocationis Nostræ de 11 Feb. a. c. N. 542 intuitu negotii citati extat adhuc penes P. T.: Decanos *Tarnov. Mielec. Radomgśl. Ropczyce. Bochn. Czchov. Dobczyc. Wielicen. Wojnic. Łącen. Neofor. Bialen. Oświęcim. Skavin.* et *Żywiec.* qui hisce ad celerrimam expeditionem inviantur. Tarnov. 6. Maji 1862.

N. 1411,

Reintegratio legum matrimonialium.

In Currendis IV. V. VI. et VII. a. c. Venerabiles Fratres acceperunt majorem eamque ultimam partem „Legum matrimonialium,“ quæ a Sacratiss. Majestate altissimo Rescripto ex A. 1856. sub titulo: „Cesarski Patent z 8. Paź. 1856. w sprawach małżeńskich“ divulgatæ erant.

Nunc sequetur in Currenda IX et X pars anterior in lingua pol. ex illo Rescripto,

quæ præponatur „Instructioni" præcitatæ, consuaturq. cum ea, nec non cum **„Appendice"** ad Cur. XII. ex a. 1856. &c. et hunc in modum Venerab. Clerus possidebit totum legum matrimonialium nunc in Austriaco Imperio vigentium *codicem*... quem solerter volvere haud cessabit. Hæc suppletorie ad N. 39. in Cur. III. a. c. publicata. Tarnoviæ 7. Maji 1862.

N. 839. 903. 1294. 1091. 1215.

Piis ad aram precibus commendantur animae:

I. Illustrissimi ac Rsmi Adami Jasiński Episcopi Premisl. 3. Mart. 50. ætatis et Episcopatus 2. anno, Leopoli moribundorum sacram. provisi.

II. Rdsmi Andreæ Rainer Canonici olim Tarnov. act. Rectoris Semin. Diœces. Professoris Pastor. dein CR. Consiliarii Gubern. Lincens. 7. Feb. Oeniponti, qui test. de 7 m. c. hujati P. T. Capitulo Distinctorium Canonic: et pro re Seminarii Diœces. 500 fl. V. A. legavit; prouti A. 1850. Decanus Capituli hujatis Rsmus. Andreas Mikiewicz Distinctorium quoq. ac annulos Eidem donaverat, dein Ecclesiæ Cathedrali bibliothecam, Nosocomio Tarnov. 500. et Straszencin. 300. pro fundanda schola in loco postremo 100, Conventibus PP. Bern. hujati et Rzeszov. per 60 Rh. CM. pro Missis et 1000 Rh. CM. pro stipendio in rem studiosorum destinaverat; aut nuper 1861 AR. Adalbertu Jagodka Curatus Niedzwiedz. 200 fl. CM. in favorem neo-ordinati Presbyteri hujatis pro Missis e sua substantia assignaverat.

III. Rsmi. Pauli Pikulski Cancellarii Consist. Consiliarii Judicii matrim,... Canonici titul... Tarnoviæ 24. April.

IV. Ri. Michaelis Kulig, alimentatione provisi, in Staniątki 29. Martii. facta prævie pro Ecclesiis in Myślenice et Niepołomice fundatione pro Missis in suffragium sui ac parentum &c.

V. ARi. Joannis Kundt Exparochi *Podegrodziensis*, quiescentis, in superiore Sromowce 9. April. apoplexia... demortuorum, pro quorum ambobus posterioribus ceu Consodalibus Missam superviventes Consodales persolvere tenentur. E C. E. T. 3. Maji 1862.

L. 1440.

C. k. Komisyja Namiestnicza w Krakowie a Władza obwodowa w Wadowicach urzędowanie swe z 29tym maja zaczyna.

Według uwiadomienia Wys. Prezydyjum Namiestnictwa Lwow. z d. 5. maja r. b. L. 3685 wyżwspomnione wys. Władze od Naj. Pana dawniéj uchwalone z dniem już wyrażonym czynność swoję rozpoczynają, do których więc w interesach swoich od dnia owego udawać się trzeba. Jakie zaś sprawy do Wys. c. k. Namiestnictwa Lwow. tymczasowo jeszcze należeć będą, kurenda VI. szkolna wskaże. Tarnów 8. maja 1862.

Josephus Alojsius,	E Consistorio Episcopali,
Episcopus Tarnoviensis.	**Tarnoviae die 8. Maji 1862.**
	JOANNES FIGWER, Cancellarius prov.

Typis Anastasii Rusinowski Tarnoviae.